HIERONYMUS

Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 125v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=446
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bestie aptius posuit. & sub umbraculo
illius habitabat cetus gentium plurimarum.
Cedri inquit & cypressi. abyetes. siue
pinus & platani. ~~siue cyparissi~~ non fuerunt
eque ramis illius. Et ne singillatim de
cunctis arboribus diceret. & omnia inquit
ligna paradysi dei non sunt assimilata il
li & pulchritudini eius. per que non
nulli intelligunt. non de rege dici assy
rio. sed de contraria fortitudine que
in sermone tyri inter cherubyn dicitur
esse generata. & preciosis distincta la
pidibus. & postea ad terrena suo uicio con
cidisse. qui & in esaya cadens lucifer
appellatur. & in euuiglio signatur ad nostro
uidebam satanan quasi fulgur de
celo cadentem. Sed nos hec omnia. ut in
terim sequamur hystoriam ypbolicos dic
ta intelligamus. quod tante assyrius fue
rit potencie. & sic cunctas obpresserit
nationes. ut se angelorum fortitudini
conpararet. Omnia autem metaforicos
sub altissima cedro. siue cipresso dicitur
ad assyrium. interfectioque illius appellatur
succisio. Quodque sequitur. tradidi eam
in manu fortissimi gentium. regem
babylonium uocat. ut quod uicit
assyrium non propter fortitudinis sed di
uine intelligat potestatis. Juxta
impietatem inquit eius eieci eam. ut
oculte babylonium moneat non
debere esse crudelem nec opprimere
populum dei qui sibi traditus sit. ne similia
patiatur assyrio qui crudelis et impius
fuit. Et succident illam alieni. & cru
delissimi nationum siue iuxta lxx.
pestilentes. quod numquam diceret positus
in chaldea. ne illum aduersum gen
tem suam commoueret. Pietur quoque
super montes. & in cunctis conuallibus
corruunt rami eius. & confringuntur
in rupibus. & a cunctis derelinquitur
populis hoc est uolatilibus celi. & bestiis
campi. & in tantam ueniet perditionem
ut omnes arbores que putabantur ex
celse conparatione assyrie arboris
siue exemplo eleuari & in sublime
erigi. ultra desistant. nec stent in
altitudine sua. sed illa succisa omnes
metu pariter succidantur. Quodque per trans
lationem dictum erat. fit manifestius.
Omnes ait traditi sunt sub auditur re
ges in mortem. ad terram ultimam
hoc est ad infernum in medio filiorum
hominum. nequaquam inter arbores
ad eos qui descendunt in lacum.
haud dubium quin inferna signi
ficet. Post succisionem arboris assy
rie. siue in die quando descendit ad in
feros assyrius indixit dominus luctum. &
rursum per translationem de eo loquitur
quod opertus sit abysso. iuxta illud quod
scriptum est ueni in profundum maris
& tempestas dimersit me. & omnia
flumina. omnes uidelicet nationes eum
ultra rigare cessauerunt. & contristatus
sit. siue contenebratus super eam. i. arbo
rem et eum. i. assyrium lybanus. Ac
ne putaremus de arbore esse sermonem.
sequitur. A sonitu ruine eius commo
ui gentes. Que enim tanta ruina
esse unius arboris potest. ut ad sonitum
eius uniuerse gentes commoueantur.
Cum deducerem inquit eam ad in
fernum. Juxta litteram arbore ad in
feros deduci non potest. Cum aliis qui